

conceptus Deum ab aliis dividens est ex quo cetera de Deo
inferuntur; sed ex hoc, quod Deus sit vivens, non potest
quis colligere, quod sit omnipotens, aeternus, immutabilis,
bonus, justus, misericors. Ergo ille viventis conceptus ne-
quit esse primus Dei conceptus.

§. 25. Thomas part. I. q. 14. art. 1. statuit, Scientiam &
cognitionem esse primum Dei conceptum & sic de essentiâ
Dei. Probat suam sententiâ, quia scientia Dei est ipsa essentia
Dei, nec ab eâ realiter differt. Hanc sententiam quoque de-
fendit Aureolus & Biel. Verum hæc sententia cum priori
coincidit. Nam Vita DEI consistit in cognitione, unde eò-
dem, quô prior, fundamentô hæc quoque sententia rejicitur,
nimirum, quia Scientia & cognitio habent priorem conce-
ptum, qui est nō esse, vel à seipso esse, ultrò patet, quod Scien-
tia non sit primus conceptus, nec de essentiâ DEI. Probatio
Thomæ nulla est; ad hoc enim ut aliquid sit primus rei con-
ceptus & de essentiâ, non sufficit, si in re ipsa sit idem cum es-
sentia, sed requiritur insuper, ut primo concipiatur in re illâ,
quod de Scientia dici non potest.

§. 26. Tertiò sunt, qui existimant omnia prædicata DEI
absoluta, nempe justitiam, misericordiam, bonitatem & alia
esse de essentiâ Dei & primum Dei conceptum. Quæ sen-
tentia tribuitur Patribus, eamque defendit Suarez Disp. Metaph.
30. sect. 6. n. 5. Pro hæc sententiâ militant sequentia argu-
menta: (1) Deus ex seipso est Ens essentialiter summè perfe-
ctum. E. includit omnem possibilem perfectionem & sic et-
iam attributa continentur in Deo, ut sint de essentiâ ejus. (2)
Perfectiones non sunt in Deo, ut aliquid accidentale, E. ut a-
liquid essentiale, & consequenter in iis consistit essentia Dei.
(3) Sicut essentia Dei est in re ipsa, ita à nobis est concipi-
da, jam verò in re ipsa essentia Dei est idem quid cum suis at-
tributis, eaque involvit. E. eodem modô à nobis debent con-
cipi, ut scilicet in essentiâ concipiamus ipsa attributa; E-

C 3. MATERIALE pri-